



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Analysis Methodica Ivris Pontificii

Venator, Daniel

[S.I.], 1579

VD16 V 541

De Tornamentis. Titulus XIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63204](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-63204)

944 ANALYS. IVRIS PONTIFICII
sio sanguinis, sed legū ministeriū, c, homicidas, 23.q.5.
Iudex scelus nō admittit, qui hoēs vincit, c. index, 23.q.5

DE TORNEAMENTIS.

Titulus XIII.

Contiuantio.

IS, qui aliquem in torneamentis interfecit, ea-
dē pœna, quæ in homicidas constituta est, coer-
cetur. *Quæ dicuntur Torneamenta?*

Torneamenta dicuntur, nundinæ vel feriæ, in
quibus milites ex condicō conuenire, & ad osten-
tationem virium suarum, & audacitatis, temerè con-
gredi solent, c. fœlicis, extr. eod.

An Torneamenta sint concessi?

Canones torneamenta detestantur. Leges auto-
mne virtutis causa certamē initum, siue quis cer-
tet hasta, siue pilo iaciēdo, currendo, saliendo, lu-
ctando, pugnando, permittunt. instantū, ut etiā
in illis ex lege Titia, & Cornelia sponsonē facere
liceat, l. solent, & l. in quib. ff. de aleatorib. Nec te-
neatur Iege Aquilia is, qui in publico certamine
damnum dedit. Sic enim inquit Vlpianus, lib. 18. ad
edictū: si in colluctatiōe, vel in pancreatico, vel pu-
giles dū inter se exercētur, alius aliū occiderit, si
qdē in publico certamine, cessat Aglia. Quia glo-
rię causa & virtutis, non iniurię gratia, videtur
dānum datū. Hoc aut in seruo nō procedit: quo-
niā ingenui solēt certare, in filiofamilias vulnera-
to pcedit, l. q. actione, §. si in colluctatione, ff. ad l.
Aquiliam. *Quæ causa prohibitiōis?*

Euitatio periculi. Quia ex hisce hominum co-
gressibus, non tātūm vitæ, verūm etiā animæ, pe-
ricula



ricula prouenire solent, quæ quantū fieri potest,
declinare oportet. cùm prudentis & circumspecti
sit, futura pericula præcauere, l. licet, extr. de ele,
c. in nouo, 22. q. 1. c. in nomine Domini, 23. dist.

*Qui ad Torneamenta accedentes, & qua
pœna puniantur?*

Si ad Torneamēta accedentes se in congressu in-
terfecerint, vel alter horum interfectus fuerit, &
intersector, & imperfectus, puniuntur. intersector
quidem, pœna homicidæ voluntarij. Interfectus
autem, priuatione sepulturæ. Quod quidem ita
procedit, si animo ludendi & congregandi: non
aut animo perquirendi & percipiendi credita eō
se se quis contulerit. is enim, si inopinato casu op-
primatur, licet sepultura, neq; vilis, neq; speciosa,
animæ salutē promoueat, honestè tamen eius fu-
nera celebrari debent, c. 2. ext. eod. c. sacrīs, ext. de
sepul. &, c. animæ, 13. q. 1.

DE CLERICIS PVGNANTIBVS in Duello.

Titulus XLI.

Continuatio.

Clericus, siue alicui spontē duellum obtulē-
rit, vel oblatū suscepit, & trucidando ad-
uersarium, victor extiterit, instar homici-
da, punitur, c. 1. extr. eod.

Quid Duellum?

Duellum, authore Hostiens. est singularis pug-
na inter aliquos ad probationis veritatem inuen-
ia, q. quid sit, eod. tit.

Vnde duellum Duellum

Sicuti monomachia Græcē dicitur pugna sin-
gularis

Ooo